

& plumbum solent, confluentia. Consi-
stunt ex crasso quodam sulphure. Alteri-
us generis granata nonnulla sunt perspi-
cua, instar crystalli, quibus inest aurum
& argentum.

*De metallis à natura absolutis, perfectis & im-
perfectis, & primò, de saturno vel plumbo.*

CAP. XXI.

SATURNVS omnium nigerrimum &
crassissimum corpus obtinuit, mercu-
rium similem, & sal præ cæteris maximè
fusibile. Per corruptionem facilè redu-
citur in suum spiritum, in cerussam al-
bam, flauam, in minium, & postremò in
vitrum vt reliqua. Stannum fit ex sul-
phure albo fixo, & fixo sale, sed ex mercu-
rio non fixo. Et quia corpore fixum est,
non in mercurio, leuiter metallicam fu-
sionē amittit auolante spiritu per ignem,
quo quidem absente, nō est amplius me-
tallum, sed corpus euanidum. Ferrum
& chalybs sunt ex non liquabilibus sul-
phure, sale, & mercurio, contrarijs stan-
no & plumbo. Coagulatur in omnium
durissimum metallum, seipsum despon-
sat,